

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvдовici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 40. De Sanctissimo Sacramento, qua est mirabilium Dei memoriale in
hominum commodum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

MEDITATIO XL.
DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, quia est summa & memoriale excellentiarum, & stupendorum Dei operum in bonum hominum.

Psal. 100. 4.

a Coloff. 2. 9.



AEC Meditatio profundamento & veluti argumen-
to habebit versiculum il-
lum Dauidis: Memoria fe-
cit mirabilium suorum mi-
sericors & miserator Domini-
nus: escam dedit timentibus
se. Hæc mirabilia reducemos hic ad septem
vel octo capita, quæ possint esse argumentum
Meditationum per septem dies hebdomadæ.

PVNCTVM I.

PRIMVM itaque est considerandum, Sanctissimum hoc Sacramentum esse me-
moriale quoddam stupendarum magni-
tudinum Diuinitatis & Trinitatis, quæ in eo
latent. Nam *primum* in eo est persona verbi
Diuini, sacratissimæ suæ humanitati coniuncta! in qua, ut ait Apostolus, a *inhabitat* omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter; & cōsequen-
ter simul est sanctissima Trinitas. impossibile enim

enim est vnam eius personam ab altera separari, quia oēs tres sunt unus idemq; Deus : Et omnia opera, quæ in hoc sacramento facit Filius, facit similitet Pater, & Spiritus S. quamvis speciali quodam modo Filio omnia attribuantur; quatenus eius persona sola sustentat carnēm & sanguinē, quæ nobis in cibum datur. Ex quo sit, ut etiā in hoc sacramento sint oēs perfectiones & attributa Dei, quandoquidem idē Apostol. dixit: **b** in Christo IESV esse **b** Coloss. 2. 3.
nō **a** **i** **est** **t** **he** **sau** **ros** **sapientia** & **scien** **cia** **Dei** **abscon**
dito, & porrō etiam erunt thesauri bonitatis & charitatis, quæ in hoc opere mirabiliter eminent. **SAPIENTIA** eminet in eo, quod tale mediū adiuuenerit, in quo verus Deus & homo fiat cibus & potus hominū; **BONITAS** eminet in eo, quod adeò amāter & benignè seipsū comunicet suis fidelibus; **CHARITAS** in eo, quod vienatur & inuisceretur cum suis amicis, nec inimicis se deneget; **MISERICORDIA**, quod det se in cibum esurientibus, & in potum sitiētibus; & quod ipsemet per se ipsum veniat visitatum & curatum infirmos; **LIBERALITAS** in eo, quod gratis omnino det nobis quidquid habet; **OMNIPOTENTIA** in faciendis tot prodigiis, ad horum omniū executionē. In singulis diuinarum harum perfectionū longiores moras trahere licet; reuocādo in memoriam, quæ de eis in hunc finem dicta sunt in præcedentibus Meditationibus, & in 4. parte; hauiendo ex omnibus ingentem admirationem, propterea quod videamus, Deum tanti nos fa-

Medit. 8. II.
& 13. & 4.
Part. Me-
dit. II.

V I. Part. Med.

h h

cere.

c Psal. 8.2.

cere. Quare dicemus illi cum Dauide. *c O Domine Dominus noster, quoniam admirabile est nomen tuum in uniuersitate terra!* Admirabile enim fuit in Creatione hominis, admirabilius in eius reparatio, nec minus admirabile in eiusdem sustentatione, in qua fecit summam quandam mirabilium suorum ut eum aleret, qui est veluti summa omnium eius operum.

PVNCTVM II.

SECUNDÒ est considerandum, quòd hoc sanctissimum Sacmentū sit memoriale quoddam mirabilium operum Omnipotentiæ Dei, quæ operatur hic multa magnaꝝ miracula, oculis quidem corporis inuisibilia; admiranda tamen & stupenda oculis animæ, qui lumine fidei illa cernunt.

I. PRIMVM miraculum est, quòd Deus verbo suo dissoluat unionē illam & naturalem connexionem, quam habebant accidentia panis & vini cum sua substantia, destruens substantiam omnino, & conseruans accidentia sine suo subiecto; ita ut quamvis oculis percipiam colorem, saporem, & odorem panis & vini, reuerà tamen non sit ibi substantia panis & vini, sed caro & sanguis I E S U Christi, in qua fuit miraculoꝝ conuersa panis & vini substantia. a *O sermo Dei penetrabilior omni gladio anticipi*, qui unico solo verbo ita dissoluens connexionē accidentiū cum sua substantia; diuide quoque animam meā à spiritu meo, ut vivens naturalē hāc vitam & externā, quam sen-

a Hebr. 4.12

sus percipiunt, non viuam internam qualem
hactenus, sed tu viuas in me, ita ut dicere mihi
liceat cum Apostolo: b *viuo iam non ego sed vi-*
vit in me Christus.

20.

II.

b *Galat. 2.*c *Proph. 20. 8*

SECVNDVM miraculum est, quod adeò par-
ua substantia panis & vini cōuertatur in cor-
pus adeo grande & perfectum, quale est cor-
pus Christi: nam sub accidentibus quæ rema-
nent, manet Christi corpus cum tota integri-
tate sua & gloria, quam habet in cœlo. Ibi
est sacratissimum eius caput cum diuinis suis
oculis, qui intuentium corda deprædantur, &
dissipant omne malū intuitu suo; ibi benedicti
pedes eius & manus cum vulnerū signis, q̄ cla-
ui fecerūt; & latus cum vulnere à lancea infli-
cto; & cor ardentissimum ab igne amoris, qui
illum permouit, vt tot vulnera acciperet; &
simul totum corpus cum dotibus claritatis &
pulchritudinis, quæ excedunt solem, lunam
& stellas. Quid ergo potest esse admirabilius,
quam facere Deum in uno momento conuer-
sionem & mutationē adeò extra ordinariam,
rei vnius adeò paruæ, in aliam adeò magnam;
rei adeò vilis in adeò pretiosam, idque solùm
ad hominem sustentandum? O gloria mea,
mita me in alium virum, ut reddere tibi pos-
sim fidelia seruitia pro hac mutationē, quam
in mei gratiam fecisti: & siquidem tu das mi-
hi quidquid tu es pro meo nutrimento, volo &
ego tibi dare quidquid sum pro tuo seruitio;
corpus meū & sensus meos, cor meū & quid-
quid habeo, expēdam in tuo obsequio; siquidē

hh 2 tu om-

tu omnia expendisti pro meo nutrimento.

TERTIVM prodigium stupendum est, quod sit totum corpus Christi Dñi in Sacramēto in-
star spiritus indiuisibiliter; ita ut totum sit in
tota hostia consecrata, & totū in singulis eius
partibus. ex quo efficitur, ut quamuis hostia
sacra frangatur ac diuidatur, Christus tamen
ipse nō diuidatur, sed totus integer maneat in
singulis eius etiā minimis particulis. Ex quo
etiā prouenit, ut vita qua viuit Christus in Sa-
cramento, nō sit vita carnis, sed quasi vita spi-
ritus. nam etsi pedes ibi habeat, nō tamen am-
bulat; & quamuis habeat manus, non tamen
palpat; & quamuis habeat linguā, non loqui-
tur: solumq; vtitur facultatib; spiritualibus,
quæ propriæ sunt spiritus. O Dilecte mi, quas
tibi gratias agere possum propterea, quod di-
uinā tuam carnē adeò prodigioso modo pin-
sueris, ut manens vera caro, habeat proprie-
ties spiritus. O si quis mihi daret, ut d'incar-
ne ambulans non secundum carnem militare, &
viuerem, sed secundum spiritum, exercendo
huius opera; ea verò mortificando, quæ sunt
propria carnis. O si possem seruare integrū &
absq; diuisione cor meū, & interiora animæ,
etiam si externa corporis occupatio in multas
partes distribueretur: fac, Deus meus, hæc mi-
rabilia in me, pro quo eadem fecisti in te.

QVARTVM miraculum est, quod manens
Christus D. N. in coelo Em pyreo, locū occu-
pans, quem diuina eius Maiestas meretur, nec
illum deserens, descendat ad Sanctissimū Sa-

cramen.

III.

d 2. Cor. 10.3
d Rom. 8.1.

IV.

cramentum, simulque sit in diuersis oibis paribus, ybicunq; fuerit consecratum, nullo excepto loco: adeoque vigilanter attendat cosecrationi cuiusvis Sacerdotis, ut statim atq; ille dixerit, *hoc est corpus meum*, eodem momento efficiat, verba illa esse verissima, & consequi omnia miracula, quæ retulimus. O suprema Iesu D.N. Omnipotentia, qui te ipsum ita extendis in utilitatem hominum, vt offeras te ad collocandum tuum corpus in quoconque terra loco, in quo illorum corpus esse possit; quid tibi Domine reddam pro adeo stupendo beneficio, nisi vt totum me dedicem in omni loco & tempore tuo seruitio?

PUNCTVM III.

TERTIO considerandum, quod hoc diuinum Sacramentum, sit etiam memoriale omnium munerum & officiorum, quæ Christus D.N. dum in mundo versaretur, erga homines exercuit, omnia illa renouâs in Sanctissimo hoc Sacramento erga vnumquemque hominem in particulari. Quamobrem per singula horum officiorum discurrens, tria pendam, modum videlicet, quo Christus Dominus noster illud exercuit in terra; & modum, quo idem exequitur in Sacramento; ac denique magnam meam necessitatem, qua indigeo, vt eadem officia tecum ipse præstet: quare accedendum esse ad Sacram communionem cum hoc spiritu ac desiderio, iuxta meam necessitatem.

Officium
Medici.

L. PRIMVM ergo perpendam, quod Christus
D. N. dum viueret in carne mortali, fecerit
officium MEDICI erga homines, dans visum
cæcis, sanitatem ægrotis, & vitam mortuis, idq;
nullis adhibitis corporalibus medicamentis,
sed solo suo verbo, aut tactu manus aut vestiu;
& eadem ratione sanabat morbos animæ, infi-
nita virtute, quæ ab ipso in cōmune omnium
bonū prodibat. MOX perpendam, quod se col-
locauerit in hoc Sacramento, ut esset medica-
mentū & medicus unius cuiusq; nostrum, vsq;
ad finem mundi. nam cōtaetū corporis & san-
guinis sui, per species sacramentales sanat spi-
rituales morbos suscipientiū, curat vulnera,
reprimit cupiditates, dat integrum in spiritu
sanitatē, & interdum ubi ita expedierit, da-
bit etiā in corpore. Conuertam verò statim o-
culos in me ipsum, perpendens extremam ne-
cessitatē, qua labore, ut supremi huius medici
opera mihi adsit, eò quod grauibus ac pericu-
losis morbis affligar; quas oēs extollam, & mi-
nutim referam, sicut solent qui corpore ægro-
tant; petamq; supplex, ut oēs illos Diuina sua
præsentia curare velit, siquidē eo fine me visi-
tat. O cœlestis Medice, qui venis è cœlo, ad visi-
tandos ægrotos, in terra degentes; in gloriam
tuā cedet, si hūc ægrotum adeo miserū, atque
ego sum, reddideris sanitati; fana ergo me Do-
mine ab omnibus infirmitatibus meis, ut sa-
nus saluusque me occupem in te laudando, ti-
biique seruiendo, ob illud bonum, quod in me
conferres, ab eis me liberando.

EADEM

Magistri
Officium

Eadem ratione licet etiam considerare, q̄ Christus Dñs noster fecerit in hac vita officiū MAGISTRI, sicut alias per pēdimus. Et eodem modo existens in hoc Sacramento præstat hoc officium erga cōmunicantem, nam sicut ipse dixit, *a quādiu sum in mundo, lux sum mundi;* a Ioan. 9. 6. ita quādiu est in paruo hominis mundo, est etiā lux eius mundi, quem internè illuminat; docens iatus in corde veritates scriptas in Euangelio: attēdens verò quantoperè indigeam hoc diuino Magistro, magno illi affectu dicā, o MAGISTER supreme, qui venisti è cœlo, vt medoceres viam perfectionis, repelle meas ignorantias, & illumina tenebras, vt anima mea ad præsentiam tuam repleatur veritatibus & virtutibus.

TERTIÒ, licet etiā cōsiderare, Christū D.N. officiū peregrisse SALVATORIS & REDEMPTORIS, quia multorum obfessorum corpora eripuit ex potestate & tyrannide Dæmonis; Et multorum peccatorum animas, vitam suam & sanguinem cum ingentibus doloribus, & ignominijis in huius Redemptionis pretium offerendo. Similiter etiam gessit officium PASTORIS gregis sui, explēs oēs partes boni Pastoris, vñq; ad ponendam vitā pro ouibus suis. Eadem verò officia facit in hoc Sacramento, præcipue n. in eo venit, vt suæ copiosæ Redemptionis fructū nobis impertiat, eripiens nos à Dæmonis tyrannide, à seruitute carnis, Passionum eius, & aliorum vitiorum: facitq; officiū PASTORIS, attendens vnicuiq; animæ,

hh 4 atque

II.
3. Part. Me-
dit. 12.

III.
Officium
Redemp-
toris & Pa-
storis.

atque si sola esset, & pascēs eam proprio cor-

bz. Reg. 12.3 pore & sanguine, ita ut non solum ouis come-

dat ad mensam Pastoris, sicut b Nathan Pro-

pheta dixit David: sed ipsius Pastoris carnem

comedat; cōtrā quām alij Pastores terreni fa-

ciant, qui comedunt carnes ouium suarū. Mox

autem me ipsum aspiciendo, perpendam ty-

rannidem & seruitutē, cui subiectus viuo; &

maxima pericula, quibus sum expositus, fame

ac debilitate pereundi, & deueniendi in ma-

nus luporum infernalium. & hoc sensu affe-

ctuq; clamabo ad Redemptorem & Pastorem

meū, ut mihi subueniat, dicens: O Redemptor

c Psal. 21.22 benignissime Pastorq; supreme, c salua me ex

ore leonū & luporum infernaliū; & siquidem

d Psal. 22.5. d parasti in conspectu meo mensam hanc coele-

stem, aduersus eos qui tribulant & perseguun-

tur me: eā quæso ita me p̄asce & corroborā, ut

victoriā hic obtineam, & eā postea mensā

fruar, q; mihi præparasti in tua gloria, Amen.

IN hunc modum considerari possunt alia of-

ficia, quæ Christus Dominus noster in terra gesit,

Aduocati, Consolatoris, Protectoris, & Vniuer-

salis omnium Patris.

PVNCTVM IV.

QVARTO est considerandum, idem San-

ctissimū Sacramentum esse memoriale

clarissimarum virtutum, quas Christus

IESVS D. N. in terra exercuit, quas easdem &

hic exercet, sicut itaq; venit in mundū, ut vi-

tæ exemplū nobis daret; & virtutū esset exé-

p̄ium, quod oēs par esset imitari: ita etiam in

hoc



hoc Sacramento venit, ut noua quotidie exempla earundem virtutum nobis præberet, earum præcipue, quæ sunt nobis ad salutem & perfectionem nostram necessaria.

PRIMA est HYMELITAS, quam ostendit ve-
lans infinitam suam Maiestatem & splendo-
rem vili figura, & velo panis & vini, ex quo
prouenit ut multi illum contemnant, & tan-
quam purum panem & vinum tractent.

SECUNDA est OBEDIENTIA prompta, &
ad nutum Sacerdotis, qui consecrat; statim e-
enim atque ille profert consecrationis verba,
etiamsi sit impius, & mala intentione aut fine
illa proferat; ubique & quandocunq; illa
dixerit, absqueulla replica aut mora, statim i-
ple adest.

TERTIA est MANSUETUDO & PATIENTIA
admirabilis, in omnibus iniuriis, quæ illi in-
feruntur, tam ab Hæreticis & infidelibus, quā
a peccatoribus, qui illum cum peccato sumūt;
aut etiam incuria negligentium Sacerdotum;
nihil enim horum efficere potest, quominus
ipse sit in sacra hostia toto tempore, quo Sa-
cramentales eius species durant.

QUARTA est CHARITAS & MISERICOR-
DIA, cum quibus venit ad Sacramentum, ad
exercenda omnia opera misericordiæ, cum o-
mnibus hominibus, magnis & paruis, absque
ulla personarum acceptione, nihil aliud re-
spicit, quam cuiusq; eum suscipientis ani-
ma bonum tradens se vnicuique earum in te-
simonium, quod pro vnaquaq; sit mortuus.

I.

II.

III.

IV.

hh 5

QVINTA

V.

Med. 22. 25.
§. 16.

QVINTA est PERSEVERANTIA, tum in ando in hostia sacra & calice, usque ad sacramentalium specierum consumptio[n]em; tum in adimplendis omnibus, quae diximus, usque ad finem mundi, nullis peccatis impedientibus, quo minus ipse impleat quidquid promisit.

CIRCA unamquamq[ue], harum quinq[ue], virtutu[m] possunt fieri insigne considerationes sicut in precedentibus Meditationibus fuerunt habite.

QVANDO autem accessurus sum ad sacram communionem, easdem virtutes ab ipso D.N. petam, coniiciens oculos fidei in signa quinq[ue] vulnerum eius, quae etiam ibi habet in glorificato suo corpore, ac dicam illi: dulcissime IESV, siquidem venire dignaris ad pauperem domum meam, cum quinq[ue] tuis vulneribus; per eadem supplico, ut quinque has virtutes mihi velis communicare; ob duo vulnera scrorum pedum, peto humilitatem, & mansuetudinem; per duo sacrarū manuum, obedientiam peto & perseveratiā; ob lateris vulnus, imple me inflammata tua charitate, ut amans te, tibiq[ue] constanter obediens, tandem obtineam coronam gloriae. Amen.

PUNCTVM. V.

QVINTO est considerandum, quod hoc altissimum Sacramentum, quae est signum rei sacre, habet speciale quiddam super reliqua Sacra[m]enta, esse videlicet signum, & summam trium maximorū benefiorum, quae Deus unquā fecerit, aut faciet hominibus, vnu

quod

quod iam transit, Redemptionis videlicet beneficium; alterum est præsens, beneficium. s. Sanctificationis; tertium est futurum, nempè glorificationis: quod totum quodam modo maximè singulari nobis significat, quia ipse met Christus D.N. existens in Sacramento, id totum efficit, ut exprimitur in Antiphona illa, quā canit Ecclesia; *Q sacram conuiuum, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passions eius.* mens impletur gratia, & futura gloria nobis pinguis datur. De his tribus rebus agetur in proximis Medit. ad quas reuocabimus, quidquid superest dicendum de venerabili hoc Sacramento.

MEDITATIO XLI.

DE SANCTISMO SACRAMENTO, quatenus est memoria passionis Christi D.N.

 ESIDERANS Redemptor noster a *Luc. 22.19* conseruari in Ecclesia sua perpetuam a *memoriam suæ Passionis,* a *1. Cor. 11.* & mortis, ac supremi beneficii 24. per eam nobis collati; instituit Sanctissimum hoc conuiuiū, in quo quotidiè dat nobis in cibum & potum, corpus & sanguinem suum, sub accidentibus panis & vini.

PVN-